cordius coepit dō gratias agere dicens; Glo
ria in excelsis dō. et in terra pax hominib.
bone uoluntatis; Et ecce media nocte ange
lus dñi apparuit ei dicens; noli timere.
uiriliter age. quia ego tecum sum; post
dies (aut) tres. iussit comes media nocte ambula
re ad eum duos satellites suos dicens; aut
sacrificet. aut capite puniatur; Et uenı
entes satellites ad eum cum statunculo iouis.
dixerunt ei; Audisti quae iussit comes.
scs concordius respondit; uos scitis; Illi
dixerunt. aut sacrifica ioui. aut capitalē
sententiam accipies; Tunc beatus concor
dius. gratias agens dō dixit; Gloria tibi
dñe ihū xpē; et expuit in faciem iouis;
Tunc unus ex eis euaginans gladium ampu
tauit caput eius. et in confessione dñi emisit
spm̄; Tunc duo clerici et religiosi uiri ue
nientes tulerunt corpus eius. et posuert
eum non longe a ciuitate spoletana. ubi
aquae multę emanant; Dies (uero) natalis sci
concordii martyris ē kł iañ; In quo loco
praestante dño nostro ihū xpō. caeci inlumi
nentur. Infirmi sanantur. demones ex
pelluntur. orationibus beati concordii mar
tyris. prestante eo procuius nomine pas
sus est. qui uiuit et regnat in saecula
saeculorũ am̄.

EXPLICIT
PASSIO SCI CONCORDII MAR.

INCIPIT PASSIO
SCI PONTIANI MAR
MENS IAN DIE XIIII.

Qui passus est temporib. antonini impe
ratoris. facta est persecutio xpiano
rum. ut idolis immolarent; Insidiabant̄
infideles fidelibus. et xpianum nomen qua
si inquinamentum aliquid perhorrebant;
Igitur ex imperio antonini imperatoris.
directus est fabianus iudex in ciuitate spole
tinam. ut ibidem ad culturam idolorum
xpianos homines compelleret; Cumq: in eā
ciuitatem uenisset. sedit pro tribunali. et om
nem populum conuocari iussit; Cumq: congre
gatus fuisset ad eum omnis populus. his uerbis
ad eos exorsus est dicens; piissimus imperator
antoninus. direxit me in hanc ciuitatē. ut si qs
preceptum hoc non obseruauerit. capitali puni
atur sententia; et multi de populo consenserunt
ut idolis sacrificarent. et multi permanserт.
in fidem dñi nrī ihū xpi tolerantes multas tri
bulationes. ut animas suas dño in martyrio con
secrarent; Impius uero fauianus iudex. mul
tas persecutiones xpianis intulit; et cum post (tri-/bunali)
turbam egrederetur ubi xpianos ad sacrilegiu
prouocaret. multi ad palmam martyrii per
uenerunt; et fremebat ut leo quaerens aliquē
deuorare; Erat (ibi) quidam uir scs nomine pontianus.
in timore dī stabilitus. qui noluit idolis immolare;
(unde) et a ministris eius comprehensus est. et ante tri
bunal iudicis ductus est; Tunc fauianus iudex
dixit ei; quid uocaris. Respondit ei; quod
a parentibus meis nomen mihi inpositum est. pon
tianus uocor. maius autem nomen xpianus;
fauianus iudex dixit; Iuuenis bene nate. uno
ue incredulitatem tuam; error enim te inuasit.
ut derelinquas piissimos deos. et colas hominem
qui persecutionē passus est de ciuitate in ciuitate.
et lapidatus (crucifixus) est. qui non te poterit adiuuare;
Accede ergo et adora misericordes deos. et noli
seduci humanis maleficiis. quia ds tuus in quē
credis non te potest liberare de manibus meis.
Respiciens in eum scs pontianus. dixit ei. Inmun
dis sermonibus tuis non me potes seducere. neq:
imperator tuus auertere me potest a dño meo
ihū xpo. ut adorem idola surda et muta. que
non possunt liberare cultores suos. Tunc iratus
fabianus iudex propter iniurias eius. scm ponti
anum exspoliari et uirgis cedi iussit. et non dimitti.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0144